De

Claustris Svio-Gothicis,

Disquisitio Historico-Ecclesiastica,

cujus Particulam XIV

Auctoritate Max. Ven. Theol. Ord. Lundens.

p. p.

PETRUS WIESELGREN,

Respondente

JONA PETRO GÜLICH,

Scano.

In Acad. Carol. Audit. Maj. die 1 Maji MDCCCXXXIII.

LUNDÆ,

TYPIS EXCUDIT C. F. BERLING,

UNIVERSITATIS TYPOGRAPHUS.

MDCCCXXXIII.

mine Bekkeskow observat. Lib. Dat. II Kal. Maji: Ob. Fr. Esbernus Canon Ecclesie S. Marie de Wæ. Secundum *K. Waldemars Jordebog* circ. an. 1231. *Wæ* cum attinentiis sustentationi Regis inserviit. *Sjöb. l. c. p.* 33. *Dipl. Sv. I: n.* 78, 140, 141; *Dipl. Langeb.* 1494, 1499, 1501, 1528, 1568.

156. Öwid.

Claustr. in Scan. Fratr.

Monasteriologi

Messen. Oesvidense. *Rhyz. Daug.* Conferas *Dipl. Sv.* I: 812: *Dipl. Capit. Lund.* T. II. n. 311, 361, 365, 380, 382, 404. *Dipl. Lngbk.* 1443, 1665. *Dipl. Kil. Stob.* 1550. Cfr. Sect I: p. 22.

Appendix.

A. Claustr. Bernhard. Ord.

76. Nydala. (Vide Sect. I: p. 106).

Novevallis, Claustrum in Smol. Fratr.

Monasteriologis

nostris omnibus cognitum.

Chronica Claustri.

1147 *fundatum.* Sect. I: p. 67. Cfr. S. R. S. I: p. 23, 51. Link. Bibl. Handl. I: p. 92. Benz. Mon. p. 117. 1151—64 *colonos* in Rumam Gothl. emissos dictitant. 1167—99. *Abbas Regnerus* (Abb. G. in Aprogr. Örnh. Dipl. Sv. I: 116) D. S. I: 70, 71. 1178—1201. Absal. Archi-Ep. D. S. I: 89. 1196—1210. L. c. 102. 1201—23. *Richardus Abbas* L. c. 119. 1210—16. L. c. 138. Cfr. Dipl. Örnh. T. VIII: p. 409. 1212 (Lagerbr.) L. c. 139. 1215 *Ericus Caroli Abbas* Rhyz. 1216—20 D. S. I: 168. 1216—20 *Abbas Wilhelmus* L. c. I: 163—166. 1219 L. c. 182, 183. 1221 L. c. 210. 1221—37 L. c. 833. 1222—38 L. c. 217. 1222—50 L. c. 834. 1236—38 de divisione in diebus *Christmanni Abbatis* facta. L. c. 294, 300. 1240 *Laurentius Abbas* (?) Rhyz. 1244 Rex Ericus *Claustri Byarum* possessiones vicinas, Monialibus ad Skogkloster translatis, Novevalli cedit. Cfr.

Dipl. Sv. I: 829 & *Dipl. Sv. I:* 334.

Possessiones *Monial. de Byarum* hos habent terminos, de Lynnurabec in medium stagnum, quod vocatur Hiortsö & de stagno in Clinglingabro, inde usque ad Grynsmusa, & inde usque ad Clovasten, possident enim totum Clewahult & Byahult extoto.

. . huru mykit thenne renliffs män *Abbotanum och Conventith i Nydaal* ågha ved byarum, som är fran Limnerabek och mitth aath hiorsziön och sza aff szionom och in till Limblingabro och så thädan til grymoosza och thädan til Klouasten och alt Clowahult och alt Byarum.

Cfr. etiam *Messen. Sc. Ill. T. II:* 31. *XV:* 35. 1247 *G. Abbas* D. S. I: 341. 1248 L. c. 361, 364. 1248—66 L. c. 843. 1240—60 L. c. 894. 1240—50 *C. Abbas* L. c. 895, 896. 1251 *G. Abbas* L. c. 389. 1254 Soror. R. (Benedicta in vidimatione an. 1372) Priorissa in *Seo* tertiam partem vendidit Claustro N. V. piscationis in Skethin, quæ piscatio Cl. Nydala, Gudhem & *Byarum* data fuit. D. S. I: 410. Cfr. 843. 1258 L. c. 447, 448, 452 (de *Oratorio* ad Cl. ædificando). 1259 L. c. 453, 454. 1263 *Birgerus Edvardi Abbas* (?) Rhyz. 1266 *Nicholaus Abbas* & *Forcundus Cellerar.* D. S. I: 511—514, 522. 1260—70 L. c. 898, 899. 1268 *Nicholaus Abbas* L. c. 528, 532. 1270 De *Munkeskeppan* L. c. 547. 1272 De *Oratorio* construendo L. c. 559. 1273 L. c. 565. *Nicholaus Abbas* L. c. 568. 1275 *Georgius Abbas* (?) Rhyz. 1279 Fr. *Nicholaus Abbas* L. c. 656, 661, 662, 679, 693, 694. 1270—80 L. c. 901. 1282 L. c. 737, 741, 742 (de Nicolao Sigredasun), 746. 1284 Martinus IV possessiones confirmavit. 1285 L. c. 801. 1285 Abbas Nicolaus L. c. 805. Cfr. v. Stj. l. c. 360. 1280—90 De armatura Militis Beocio Priori assignata. D. S. I: 902. 1289 Episc. Linc. Claustrum a juribus episcopalibus liberum enuntiat, exceptis illis, in quibus delinquens sententiam excommunicationis incurrit. Dipl. Lagerbr. T. I. S. R. H. II: 784. 1290 de Munkeskeppan s. de parte decimarum Episcopalium a parochianis vicinis ad Claustrum ante purif. Mariæ asportanda, Obedientibus XL dies relaxat. L. c. T. I. L. c. II: 784. 1293 Rhyz. 1297—1300 *Abbas Germundus* *). 1303 Fr. *Boetius Brandt Abbas* *). 1304 v. Stj. l. c. 361. 1307 *). 1309—10 *). Cfr. v. Stj. l. c. 360. 1312 Hollingerus Magni Terram Sanctam petens d. d. ***). 1314 *Johannes Abbas*, cum secundum Cist. Ord. statuta conventus non haberet sigillum, *Prioris Germundi* & *Cellerarii Petri* rogavit ***). 1314 *). 1318 *). 1324 Nicolaus Curatus in Smidaby, si Ecclesiam græsgard sib. traditur VI marcas quotannis solvet **). 1324 *). 1326 Hollingerus Magni d. d. *). 1334 *Abbas Laur. Erici* *). 1337 Suno Algoti prædia "pa lagsat hæradz thing i liongby" vendit. **).

*) Rhyz. Monast. Nyd. p. 272—280. **) Dipl. Lagerbr. T. I. ***) Dipl. Lagerbr. T. II.

Cfr. Lagerbr. S. R. H. III: 346. 1339 *). 1334 *Folko Abbas* *). 1344 Margaretha Amberni (Sparre) filia d. d. *). 1345 *Petrus Abbas* Johanni Oddason cum pecoribus suis luf oc löff concessit **). *Ex cod. msc. Nydal.* Örnh. Dipl. T. VIII: 642. 1349 *), 1351 Fants Chron. Reg. 1353 Confirmatio Regis Magni. B. Bergii Handl. I: 32. Quam falsam probat Ihre. Lärda Tidn. 1753, p. 346. 1354 Niclis Thuress. (Bielke) Legif. X prov. d. d. v. Stj. l. c. 363. 1356 *), 1358 Archidiac. Linc. a Papa plenam accipit potestatem litem inter Abb. & laicos dijudicandi **). 1359 *). 1363 Dalin S. R. H. II: 539. 1369 *). 1371 *). 1372 *Abbas Sveno* Handl. rör. Skand. Hist. IV: 19. 1373 Gregorius IX Abbatibus de Guthvalia, Nova Valle & Varnhem de Gotlandis compescendis adscripsit. v. Celse Bullar. p. 134. 1376 *). 1384 *). 1389 Donatio Caroli Ulphonis *). 1390 Regina M. illam regia auctoritate munivit. *Dipl. Langeb. Suhm XIV:* 259. E. a. v. Celse Bullar. 148. 1405 Johanna uxor Arvidi Svan Sen. Regn. d. d. *v. Stj. l. c.* 365. 1413 *). 1419 Jon Hierne Miles *). 1426 (1492?) Gudmundus Simonis *). 1429 Bænkt Sturæ Magni fil. d. d. *Dela Gard. Arch. II:* 135. De Thordathorp; vide Suhm XIV p. 321. De B. St. l. c. p. 330. 1431 *Stierneld. Arch.* Handl. rör. Skand. Hist. XVII: n. 23. 1438 Johanni Coabbati suo in Guthualia ac Conventui *Johannes Abbas Novev.* adscripsit, se excusans, quod non *eo anno* personaliter domum Guthv. visitare posset *Prior* vero *Leupoldus* vicibus ejus fungeretur. Wallin Gotl. Sml. I: 7, 39. 1492 *Henr. Engelberti Abbas* in fraternitatem Gudmundum Simonis recipit. *) E. a. *) Hoc sæculo ut videtur facta est *confederatio inter Abbatem & Pœthar i Mörkult*, quam e Cod. Serenii exscripsit Lagerbr. ***). 1503 *de Munkeskeppa.* Exscr. R. Arch. A. p. 334. v. Celse l. c. 212. 1521 *Abbas Arvidus* S. R. D. IV: 619. Warmh. IV: n. 2206. Handl. rör. Skand. Hist. XVII: p. 190. 1524 *Joh. Martini Abbas* ibid. E. a. de *Munkeskeppa.* Handl. rör. Skand. Hist. XIII: p. 93. 1526 vide 1521, 1527, 1549 *).

De abbatia filiali

Gudvalla imperioque maternæ Nydalensis, præpostere *Spegel: H. E.* II: p. 241: "Öfver Nydala Closter skulle Biskopen i Ruma på Gothland hafva styrelsen." Quem locum sic interpreteris: Nydala closter skulle öfver Ruma i Linköp. Biskopsdöme hafva styrelsen. Auctori forsan evenit, ut a typographo male legeretur. Cfr. dipl. an. 1438. *Monographiam* aliquando, D. v., dabimus.

77. Risaberga. (Vide Sect. I: p. 106).

Claustr. in Nericia Soror.

Monasteriologi omnes id agnoverunt.

Circ. 1200 a R. Swercone fundatum *Rhyz.* 1180—1120 Birgerus Dux Suecorum Sorores in Riseberge donat. D. S. I: 823, 824. 1212. R. Ericus claustrum de rysæbærgh protegit. L. c. 144. 1216. Papa protegit L. c, 157. 1220 R. Johannes donationes confirmat. D. S. I: 185. 1236 Gregor. IX priorissæ ac conventui Monasterii S. Mariæ de Risiberg Cist. Ord. Strengn. Dioc. protectionem vovet. L. a. 293. 1248 l. c. 357. 1257 l. c 439. 1268 Höldo legifer Wærml. l. c. 530, 531. 1272 *C. Abbatissa* l. c. 558. 1274 l. c. 582. 1275 Eccl. Mariæ de R. l. c. 586. E. a. Philippus Thyrneri Næriciæ legifer l. c. 593. 1279 l. c. 659. E. a. Christina S. Monialis. l. c. 677. 1280 l. c. 708. 1281 l. c. 717 E. a. l. c. 719. 1282 l. c. 748. 1284 l. c. 783. E. a l. c. 791, 796 (in titulo lapsu calami *Gudhem*). 1304 De jure Patronatus diss. Nehrmanni p. 7. 1306, 1307, 1314, 1315, 1318 *), 1318 Rangburg filia Benedicti Legiferi dedit Swanhals *Abbatissæ Rangfridi* & conv. ***) Örnh. Dipl. T. XI. 1003 Lgbr. S. R. H. III: 157. 1319, 1325 *) 1331 Fants Chr. Reg. 1334 Abbad. Rangfr. **) E. a. Dnus Laurentius Magni Abbadissæ R. sororis filius d. d.**) E. a. v. Celse Bullar. p. 114. 1335 R. Magnus **), 1336 *), 1341. Ulph. Gudmarsson Legif. Nericiæ & Birgitta Birgersdotter consors prædia dederunt claustro in R. modo legum Westrogothorum dictis Skapt & umfärd. Sigilla apposuerunt Sigwid Ribbing & Israel Birgersson generi dilecti & filia Margaretha. **) Hinc forsan fama emanavit, *S. Brigittam heic claustrum fundasse Ordinis Brigittini,* quam famam, nullo argumento adhibito, reddit Editio laudata VIII *Geogr. Tuneld.* II: p. 119. Vide Sect. I: 113. 1344 *) 1345 v. Stj. l. c. 159. 1346 Handl. rör. Skand. h. XII: 22. 1354 Rex Magnus cambium fecit cum S. monial. dat. Manerio suo Konungxnäs vel dicto Swartasziö. **) Circa 1380 hic S. Catharina versata est, brevi nupta Eghardo v. kyrnen. Tum hinc rapta est Elisif Nunna. Cfr. p. 32 & 45 Bernhardum longum Suhm (XIV: 109) *Tydske Borgeren* appellat. A doctioribus enodetur nodus genealogicus. Sine dubio Suno Ivarsson, Dux Gothorum sub BlotSven & Erico Årsell, ejusque filius Carolus, Dux Gothorum sub Erico Å. & Sveorum sub Sverkero I, cui filia nupta erat Brigitta Regis Norv. Haraldi Gylle, vel Birger Brosa, cui altera filia ejusdem regis nupta, inter avos Elisabethæ Monialis relati fuerunt. Versus Episcopi:

"Sua snarlike Han til Falkoping for."

conferatur cum *Rådslängd III* p. 38. 1384 *). 1384 R. Albertus Abbadissæ Riseb. concessit, at uppföra en hytta på Stålberget i Nerike. Vidensk. Selsk. Skr. VII: 325. Suhm XIV: 224. 1430, 31, 37 *) 1508, 1529 *), 1530 v. *Troils Handl.* I. c. 350. 1536, 1546 *) Risabergs Closterbref 1212

---

*) Rhyz. donationes enumerans. **) Dipl. Lagerbr. T. I. ***) Dipl. Lagerbr. T. II.

—1516 Voll. III. Fol. msc. Warmh. l. c. n. 2215. In Ant. Arch. (olim) n. E. 38, 39, 43.

78. S a b a (Säby) s. Juleta. (Vid. Sect. I: p. 106.)

Claustr. in Suderm. Fratr.

Monasteriologi

Vastov.. Julita dictum Saba Fratr. Ord. Cist. *Messen.* Saba Upplandiæ Monast. a Carolo Rege exstructum Sc. ill. T. II. p. 6 XII. p. 100. ad coenob. Juletense in Sudermannia commigrat l. c. T. II: 12, XV: 29 *Spegel*: Julita it Closter . . Then Bondby, som thertil blef använd kallades förr *Sæby*, men the fremmande Munkarne - - gjorde thet till Saba. Eljest var Clostret helgat till then Martyrens Julitæ åminnelse, om hvilken Basilius Magnus hafver skrifvit en predikan." *Hermanss. Säby* Uplandicum *Wiby* dicendum auctore Palmskiöld. *Rhyz.* "Wiby kloster i Upl. flytte k. Knut til Sæby i Söderml." De loco *Säby* dubius est Lgbr. S. R. H. II: 252. Nostram sententiam vid. Sect. 1. p. 106 1159 conventus venit in Saba S. R. Sv. I: 23. 1160 Conv. venit in Saba. 1162 fundatum est Monast. Julitte a Carolo Rege. S. R. S. I: 51 Ericus Olai ibidem II. p. 48 1160 habet. Säby in Suderm. jam in legenda Botvidi occurrit. S. R. S. II: 381. 1167— 85 R. Kanutus *Monachorum Cist. Ord. de Jolattha* possessiones confirmat, D. S. I: 65. 1167—99 Idem Rex villam vendidit *Fratribus de Yolathia* l. c. 67. Eodem tempore idem Rex universis inhabitantibus Julotum notum fecit, quod mansionem in *Joloth* Monachis ibid. vendidit. l. c. 68. (Num tam varie *Sancti* nomen scriberent *Monachi?*) De Heluacharleby l. c. 69. 1191 Eccl. b. Mariæ Jolath & conventus l. c. 113. 1210. l. c. 137. Ecclesiæ Christi & *Monachis de Saba* datur l. c. 897. 1210—24 *Abbas Robertus Alemannus* postea Episc. Arosiens *). 1244 Nicolaus Vlfonis presbiter & Canonicus in Oslo Monasterio *Saba* & Conventui bona dedit l. c. 314 Cfr. Lgbr. S. R. H. II: 458. 1248 *Abbati* & *Conv. de Saba* l. c. 355. 1262 dabatur oppidum, jacens ad orientalem plagam *Ecclesiæ julutta* juxta montem & in occidentali parte montis *Monasterio Saba* l. c. 482. 1270 Monasterio Saba Haraldus quidam dedit ornamenta unius altaris, indumenta sacerdotalia, argentum ad duas ampullas, unum baldakynum, unum examitum ad dalmaticam, subtile & calicem l. c. 544. 1279 Rex Magnus sub clipei munimine cepit *Eccl. b. Mariæ Saba* l. c. 675. 1280 Fr. N. dictus Abbas filiabus in Syctonia curiam propter paupertatem vendidit l. c. 696 1281 *Fratrum* in *Juluthum* libertati consulat Rex l. c. 711. 1283 litem componit

---

*) Rhyz. **) Dipl. Lagerbr, T. I, ***) III.

Eps. Streng. inter *Abbatem* & *Mon. de Saba Ord. Cist.* & *rectorem Ecclesiæ Julatum* l. c. 765. 1284 l. c. 780. 1290 *Porthan Bullar.* p. 63 1291 Nicolaus IV Abbati in Saba, Priori Sictun. & Gardiano Ups. de electione ArchiEp. Johannis inquirenda scripsit. *Porth. Chron. Just.* p. 204 1293 *). 1318 *) *Henricus Abbas v. Celse* p. 117 1338 *v. Celse Bullar* 117. 1339*). 1347 *), E. a. *v. Celse Bullar.* 121. 1355 *Dalin S. R. H. II:* 511. 1359 *), 1364 Dalin l. c. 541 1366 *), 1369 *), 1377 *), 1380 Johan de Chassynolle, Commissarius sedis Ap, in Dacia, Suecia & Norv. Abbatisque Clarev. Collector pro anno 1379 ab Abb. in Saba 2½ aureat. accepit *Suhm XIV* p. 87. 1380 *Ingevaldus Abbas* 1380*) 1390 **) *v. Celse* 148. 1392 & 97 *) 1415 *Joh, Svenonis Abbas* *) 1417 *v. Celse* p. 170. 1418 **) idem ac 1420 v. Celse p. 175 1419 Henricus Abbas in Esrom collector subsidii in Concilio Constantiensi impositi per manum Fr. Rodolphi Sacerdotis in Alvastr. ex parte Dni *Magni Abbatis in Sabba* duos nobilos & IV coronas pro 1417—19 accepit. *Exscr.. A. p.* 107. 1420 *v. Celse* p. 178; 1425. l. c. p. 178. 1450 *Porthan. Bullar* p. 102. 1462 *v. Celse* p. 198 1465 *) 1465 *v. Stj.* l. c. 163. 1466 *Arch. Stierneld. n.* 37. *Handl.* rör. *Sk. h. XVII.* 1475 *Olaus Abbas* *) E. a. *), 1486—96, Haquinus Petri Abbas *) 1508 Ludovicus Cardinalis Episcopo commisit. ut liberum declararet Olaum Magni Monachum in Julita Ord. Cist. omni macula irregnlaritatis & altaris ministerio aptum, licet baculo laicum Monasterii servitorem vulneravit ita ut statim rebus humanis exemptus fuerit. Laicum enim reperit arma vibrantem Monachoque Petro minantem, & de culpa plurimum doluit ***) v. Celse 213. 1522—23 *Link. Bibl. Handl. II:* 205. 1522 *Nicolaus Abbas* *), 1525 *Warmh* l. c. 2212. 1528 Olavo Aruidi in mancipium traditum.

82. Skogkloster (Sect. I: p. 108).

Claustrum in Upl. Sororum 1).

Monasteriologis omnibus notum.

Monographiam melioris notæ habes in dissertatione, quæ inscribitur: *Monasterium Sko in Upl. Præs. E. Alstrin sistit M. Celsius*, Sthm 1728 pagg. 45. Præterea observentur *Acta Liter. Sv.* 1729. p. 551. *Scr. Rer. Sv. I:* 2, 5. 1236 vide *Byarum. Dipl. Sv. I:* 1244—1284: n. 315, 416, 443, 854, 855, 492, 535, 862, 538, 563, 569, 572, 574, 582, 589, 594, 598, 599, 618, 624, 628, 876, 720, 721, 735, 775, 776, (Act. Litt. Su. 1725, p. 4) 782, 792 *Handl. rör. Skand. Hist. XII:* p. 23. *S. R. S. II:* 90.

---

1) Ad Cisterciensium semper refertur. In Dipl. Sv. I: 775 Papa Sorores appellat *Ord. S. Benedicti*, etiam l. c. n. 792. Vide Örnh. Dipl. I, VII p. 296.

v. Stj. H. M. 74. *Ad p.* 200 *in marg. Cod. Ups. Erici Olai. Act. Litt. & Scient Su.* 1734 p. 70. *Mon. Uller. p.* 239, 256. *Mon. Eccl. Pol. O. Celsii p.* 15. *Beskr. om Sv. hemman p.* 105. *v. Troils Handl. IV:* 350. *Warmh. IV:* 243, 254 &c. &c.

Litteraturæ

vestigium. 1258—82 Christina Fastonis filia Christinæ parvæ dedit *psalterium suum*, si vixerit post obitum dantis, si non autem, habeat Dna Helena de Sco Holmgeri relicta. *Dipl. Sv. I:* 855. Jonæ Magni *Scolastico* Scowkloster III mrc. arg. dedit Dn. *Yde de Gladsaxe* 1398. *Dipl. Capit. Lund. T. II: n.* 365.

84. Warnhem. (Vide Sect. I: p. 108).

Claustrum in Westro-Gothia Fratrum.

Monasteriologis omnibus notum.

Monographia hujus claustri gaudemus haud illaudabili: *Diss. Hist. de Monasterio Warnhem. in Westro-Goth. celeberrimo* p. p. Pr. Ol. Celsius, Resp. P. Breander 8:o Ups. 1723, pp. 50. Præterea observanda:

De fundatione Claustri
ex fontibus exteris.

Conventus primus missus est in Alvastr. an. 1144. Alterum ad insulam Lwdrhoe miserunt. Propter paupertatem nimiam idem ad insulam (silvam) Lwngnhas transmigravit. Inde conventus ille de hac silva per quandam Nobilem feminam ad divitem fundum, qui Warnhem dicitur, translatus. Brevi vero femina illa Sigrid, quæ Abbatem Henricum & ejus conventum ad Warnhem transtulerat, consilio cujusdam potentis Viri depravata, Abbatem prædictum & Monachos ejus de Warnhem expulit. Cum statim dei judicio plagam lepræ & oculorum coecitatem incidisset, ad mitigandam sibi omnipotentis Dei iram, Abbatem abeuntem & Monachos per supplicantes nuntios vocavit, eisque Warnhemum, quod abstulerat, reddidit rogans suppliciter, ut pro satisfactione peccati sui usque ad finem vitæ suæ reliquiis mensæ fratrum aleretur. Quod & obtinuit. Post mortem Sigridis fundatricis Warnhem, Christina Regina, uxor Erici R. Sv. (IX), consanguinea Sigridis, omnibus modis Abbatem & ejus conventum molestabat, quatenus eis expulsis locum illum possideret. Statimque exemplo reginæ, omne vulgus in circuitu illorum pessimo odio oderunt illos, ita ut mulieres ad purgandos ventres suos Abbatiæ terminos intrarunt impudenter. Sacerdos etiam quidam, vicinus il-

lorum, in duca die palmarum cum fratres in processione per Claustrum irent, mulieres quasdum procaces & impudicas palliis earum in domo relictis & retentis lineisque indutas in medium Monachorum misit, ipseque Missam in Ecclesia sua celebraturus perrexit. Et ecce muliebribus in Claustro saltantibus domus ejusdem sacerdotis & vestimenta mulierum ibi deposita & omnia, quæ in domo erant, combusta sunt. Tandem denique Regina per nuncium Abbati Henrico præcepit, ut domum magnam quandam, in qua Abbas ipse Libros Missales scribere solebat, destrueret & ad locum alium, quo ipsa mandaverat, transferri faceret. Abbas ergo humana malitia superatus, ad generale Capitulum adire disposuit, & Abbatum consilio ad Dominum Apostolicum transire, siforte per interdictum Reginam a malitia sua compesceret & invidia. Factum est, Abbate Henrico de Suecia decedente & per regnum Danorum transeunte, ut in Selandia Civitate Roeskildensi, Synodus magna ageretur in qua Rex Waldemarus & Archi-Ep. Eschillus Bernhardi familiaris præsidebant. Statimque ut Abbas Archi-Ep.um salutaverat, causam itineris sui & quantas incommoditates in Svecia sustinuerat ei diligenter aperuit. Abbas propter doctrinam suam Archi-Episcopo gratus. Erant autem tunc temporis tres Reges in Regno Danorum. Primus & optimus erat Waldemarus, filius pretiosi Martyris Kanuti, secundus Kanutus, filius Magni, tertius fuit Sveno, filius Erici Emun. Primus se Abbatiam Cisterc. Ord. fundaturum promisit & inter pericula vitæ adjutorem exsistere. Cum insidiis ereptus Svenonis Grathe, divinæ memor benignitatis & voti Henrico & Fratribus in Roschildensi Synodo dati, Villam de patrimonio suo, quæ Withscuele (Vitæ schola) vocatur, ad construendam Abbatiam contulit. (Chartam fundat. vide Dän. Biblioth. T. VI: p. 136). Claustrum *Vitæ scholæ* non ideo Coloniam Warnhemensem dicendam, bene observat Daugaard, cum vi expulsi erant transmigratores.

Ante hanc expulsionem Coenobium Warnhem non absque flore fuit. Secum duxerunt fratres illi XX pluresque conversi, qui Henricum Abbatem secuti vel postea ab eo vocati erant, calices, Libros, argentum, vestes, boves cet. Sic instructi ad Sveciam venerant. "Primi ex Claravalle in Sueciam advenientes Monachi *vestimenta* & *vasa sacra* ceteraque utensilia ad ministerium divini officii pertinentia, secum tulerunt." Plures vero iique meliores postea Warnhem repetierunt. Abbas ille Henricus in *Exordio Monasterii Caræ Insulæ* dicitur: Vir vitæ venerabilis & tam a Rege quam a cunctis Principibus regni pro reverentia gratiæ Dei, quæ lucebat in vultu ejus & facundia rivuli sermonis melliflui, qui exibat de ore ejus valde dilectus. *Henriques* in Monol. Cisterc. miraculis variis clarum profitetur hunc S. Bernhardi discipulum. Post hæc R. Ericus & Christina Regina mitiores facti. Tum Gerardus, secundus Alvastri Abbas de Alvastro ad eos qui de Dacia redierant, alios, quanti